esse sine sapientia corporis est. Unde Ps. 31 Spiritus Sanctus hortatur nos ne efficiamur
sicut equus et mulus quibus non est intellectus: Nam creaturas tantum secundum corpus
videre et in illis non affectum et intellectum in Deum erigere, est ea tantum
sensu percipere sicut equus et mulus: qui non dentibus vident sed ore pabula se
sunt et illi obliviscuntur operum Domini et non mirantur. Quod ut sic esse indicaret
Non ait videbo antiqua, aut scrutabor opera tua: quod faciunt omnes insensati. Sed me
mor ero et meditabor, sicut intellectualis et spiritualis homo. Quare omnes
tales aut sunt melancholici, stupidi vitae, pessimae complexionis, stupidi et habentes sensus
resistentes meditari aut mirari aut loqui aut exerceri: sed tantum sentire et
videre sicut equus et mulus ut dictum est. Nota autem ista quattuor verba.
Memor fui, memor ero, meditabor, exercebor. Et vide ordinem illorum.
Memor operum Domini, mirabilium tuorum, in omnibus operibus tuis, adinventionibus tuis. An non quod
amplius in illis clausum sit quam appareat et dictum est. Gradatim enim crescit
devotio et eruditio intellectus et affectus. Ideo ista quattuor verba sic quasi
opus Domini singulariter sunt applicari congruentissime sunt. Primo affectus meminit
et agnoscit, considerans Deum operis sui. Et sic accipit opus esse Domini: Quia non meminit
affectus quod non monstrat intellectus. Hoc autem monstrante: illa affirmat
et meminit. Deinde opera considerata sunt stupenda et admiranda quo crescit eorum
notitia et comprehensio clarior: Quo enim res creata perfectius agnoscitur, tanto plus
mirabilium in ea videtur, sed quomodo plena sit sapientia Dei: Unde in eadem re multa videt
spiritualis homo et mirabilem sapientiam Dei. Insensati autem de quibus supra non intellexerunt opera
Domini sed tantum senserunt. Ex ista autem cognitione oritur maior flamma affectus,
ita ut propheta optat se meminisse et dicit: memor ero ab initio mirabilium tuorum.
~~Tertio perdicit~~ Unde iam post mentem ad Deum: In primis tantum opera Domini videt in tertia
persona: in secundo dicit: Anima elevatior facta tamen transit ex operibus in Deum: Utique
plus Deum quam opera Dei in secundo quam primo plus opera quam Deum videt. Tunc
tertio gradu adhuc amplius proficit et concludit quod omnia opera sic sunt mirabi
lia et optat in illis semper meditari, in meditatione et sapienter meminisse. Hic
autem finis est perfectus operis est perfectio: primum quasi incipit, secundo proficit, tertio perficit.
Quia primum opera tantum Domini, secundo mirabilia esse, tertio omnia videt. Ex illa autem nihil
restat: Et maior fructus inde est, maiorque fore magis, maximum autem meditari
Sed autem perfectus homo. Ecce alios etiam perfectus vult, non sibi tantum bene solutum
esse. Et in adinventionibus tuis exercebor. narrabo loquar aliis verbo et opere
de tuis mirabilibus ut et ipsi cognoscant opera Domini.

Corol. primum. Quod per tot annos orantes et credentes sic: in me qui eo et Credo in
Deum patrem omnipotentem creatorem caeli et terrae, non tantum perfecte hunc primum
partem orationis et symboli eius: eo quod non in omni creatura et eius usu eum
ut patrem quem nobis eam concedit, et ut creatorem qui eam creavit agnoscimus,
laudamus et benedicimus, timemus, oramus et credimus.